sede. in mon. tes. in la. aquilo. ero similis altissimo. ecce superbia sed nūquid remā sit impunita. Audi eūdem ꝓphetam ibidem. Detracta est ad inferos sup̱bia tua cōcidit cadauer tuū ad infernū ꝺ̄traberis in ꝓfundū laci. q̄si diceret. sicut ascendere voluisti ad summū sic detractus es ad ꝓfundum. semp̱ enī casus est ſm mensurā ascensionis. De hoc enī ꝺ̄r Apoc. xij. Factum est prelium magnū in celo ꝛc̄. ergo peccatū superbie qꝺ̄ mali angeli cōmiserīt a sanctis angelis in eos vindicatū est. timeant ergo viri superbie. ꝙ si sancti angeli suis cōsortib⁹ et sibi in natura similibus. non pepercerūt certū est ꝙ nec hominibus parcent. Exemplū hui⁹ habet̄ in hystoria de herode Agrippa q̇ cum inflat⁹ sup̱bia sibi diuinos honores oblatos non respueret. mox ab angelo letaliter est percussus. Scōm peccatū. qꝺ̄ punitū est per angelos. est peccatum inobedientie siue gule. quod per primos p̱entes nostros in paradiso cōmissum est. sicut habet̄ Geñ. iij. Nā q̄zuis dicat̄ ibidem ꝙ dn̄s eos emisit de paradiso Tamen ſm Aug. Angelus dei fuit qui post meridiem in paradiso deambulabat et eos emisit ne forte tollerēt ꝺ̄ ligno vite et ieternū viuerēt ¶ B Terciū peccatū quod p̱ angelos punitū ē fuit luxuria inhumane lascuie Nam propter maximū peccatum ministerio angelorum diluuiū est inductum. et post diluuium sup̱ zodomā et gomorram celeste descendit incendiū. Quia duo angeli venerunt zodomam vespere sedente Loth in foribus ciuitatis ꝛc̄. et seq̄tur. pluit super zodomam et gomorram. sulphur et ignē Quartū peccatū qꝺ̄ per angelū punitū ē fuit impietas et imisericordia. qꝺ̄ punitū fuit in pharaone plagaꝝ varietate Nam et post plagas dimissis filijs israel. angelus precessit eos per mare. sed cum egipcij eos insequi volebant submersi sunt ꝛc̄. Quintum peccatum qꝺ̄ per angelū punitū esse legimus ē auaritia. Exemplum de Balaam. qui ꝓpter multa donaria illi ꝓmissa volebat maledicere filijs israel Angelus occurrit ei euaginato gladio. ꝛc̄. et sequitur. Nisi asina declinasset a via te occidissem et illa viueret. si sic auariciam paganoꝝ puniuit quid faciet christianoꝝ ¶ C Sextū peccatū qꝺ̄ per angelos punitū est. fuit vana gloria Exemplū de dauid qui iussit numerare populū Septimū peccatū quod per angelū punitū ē. fuit blasphemia. de quo habet̄. iiij. Regū xix. In nocte venit angelus et p̱cussit in castris assiriorum. centum et. lxxxv. milia virorum ꝛc̄. Cogitent ergo qui deū blasphemant. vel eius sanctos vel homines ad imaginem dei factos. q̄z sit deo et angelis odiosum Ultimo angeli sancti summe iusticie coniuncti omne detestant̄ peccatum cū deo sit odiosum Hoc aperte patet in septem plagis nouissimis in quibus ira dei in fine mundi est cōsummāda. vel per septem angelos sicut legitur Apoca. xv. et. xviij. et post multa mala peccatoribus inflicta. sic vnus angelus clamat. Apoca. xix. Uenite et ꝯgregamini ad cenam dei vt manducetis carnes regū ꝛc̄.

## ¶ De sancto Johāne baptista ser. xx.

Dedi te in lucem gentium Isaie. xlix. Quid luce nobilius que est natura in summo omnium constituta. rerum omnium pulcrificatiua. Est tamen hic notandum ꝙ lux non vniformiter est in omnibus corporibus. sed aliter est in solari substantia aliter in lunari. aliter in alia qualibet celi stella Nam in sole est lux pleuissima inaccessibilis propter suam excellentiam. In luna est comp̄hensibilis propter abundātiam. sed in qualibet alia stella est visibilis propter sui temperantiam.

A ¶ Notandum est igitur ad presens ꝙ Johannes lux fuit. quia veram lucem


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG